

L. XXXVIII. v. 120. γυμνή. γυμνός est nudus, velut XXXV. 188. γυμνός εἶν. XXXVII. 557. γυμνοὶ ἀεθλεύοντες (ἀεθλεύουσιν Graefius scriptum mavult) ἐφέστασαν: omnem enim vestem praeter subligaculum exuerant. M. Ev. Ioh. φ. 43. γυμνὸν γὰρ δέμας εἶχεν ἐς ἥονα δίκτυον ἔλκων: Petrus nudus erat. XLVIII. 695. καὶ βρότας ἀπαξάσα Κυθρεΐης Σαργγαρίου σχεδὸν ἤλθε (Aura sc. furore capta), κυλινομένην δὲ ἑξέδρου γυμναῖς Νηϊάδεσσα (confr. XXXII. 145) πόρην γυμνὴν Ἀφροδίτην. XXXV. 147. εἶσομαι ἄλλος ἀκοίτης, γυμνός Ἄρης, μετὰ δῆρον ἔχων γυμνὴν Ἀφροδίτην. —

IV. 146. αὐχένα γυμνὸν ἰδοίμι. Tryph. v. 372. κάθη vitta non ornatum γυμνὸν appellat. XLVIII. 735. διὰ στέροιο δὲ γυμνοῦ φάσγανον ἔλκειν i. e. pectus perforare lorica non munitum. Inde φάσγανον, ξίφος, ἄορ γυμνὸν gladius dicitur strictus sive evaginatus. XXIX. 218. φάσγανα γυμνά. XVII. 108. οὐ γυμνὸν ἔχων ξίφος. item XXII. 306. γυμνὸν ἔχων δοῦν ἄορ. XLVII. 514. ἄορ ἔχων Δαναοῖο, τόπερ ποτὲ γυμνὸν αἰφών (conf. Apoll. Rhod. I. 1254). XIX. 201. Μάρων καὶ κεφαλὴν ἐτίνασσε καὶ ἤθελε βόστρυχα σείειν, εἰ μὴ γυμνὰ μέτωπα λιπότριχος εἶχε καρῆνου i. e. nisi calvus fuisset. Poll. Onom. II. cap. 3, 26. γυμνός τῶν τριχῶν. — VI. 328. οὐδὲ τις ἀγκῶν ἀβροχος ἦν, οὐ γυμνός (aquis sc. superstagnantibus nudatus) λόφος (vid. Ovid. Met. I. 190). X. 161. οὐάτα γυμνά τιταίνων i. e. auribus ex aqua extitit. XXVII. 184. γυμνῇ ψαμάδῳ (sicca arena) πατέων αὐχμηρὸν Ἰθάσπην. unde etiam pro κενός positum est γυμνός. M. Ev. Ioh. τ. 7. καὶ τάφον ἔδρακε γυμνόν: inane erat sepulcrum, quia Iesus iam ad vitam redierat. item v. 27. ὑπὲρ δαπέδοιο γυμνοῖο: quo loco posuerant corpus mortui Iesu, is locus vacuus erat. — Dein γυμνός est inermis. Hom. II. XVI. 815. XVII. 711. conf. Klotz ad Tyrt. p. 65 sqq. — XLXIII. 107. γυμνός Ἔρωσ. Pervig. Vener. v. 31. posuit arma, feriatu est Amor; iussus est inermis ire, nudus ire iussus est. XX. 293. χερὶ γυμνῇ (scutum enim deposuerat). XLV. 11. ἦν ἐδελήσω καὶ γυμναῖς παλάμησιν ὄλον Πειθῆα δαμάσσω. V. 94. γυμνός ἄτερ σακῶν ὠρχήσατο Ἄρης. XVII. 343. γυμνῇ παλάμη, σακῶν δίχα, νόσφι σιδήρου. Homeric illa (II. XXI. 50): τὸν δ' ὡς ἐνόησεν Ἀχιλλεύς γυμνόν, ἄτερ κόρυθος τε καὶ ἀσπίδος cet., posteriores poetae certatim imitati sunt. Vide interpr. ad Sophocl. Aiac. 459. γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ.

Praeterea γυμνός iungitur genitivo, qui usus loquendi auctoritate optimorum scriptorum affatim firmatur. XIV. 367. ταρσὰ φέρουσα κατ' οὐρεα γυμνά πεδίλων. XXXIV. 311. ποδὸς ἔχρια γυμνά πεδίλων. At III. 14. γυμνὸν ἀπ' εὐδόμοιο καλύπτρης εἰαριναῖς ἐγέλασσε λελουμένον ἀνδρός est, nisi fallor, insolentius dictum. De re conf. Pervigil. Ven. v. 21 et annot. Wernsdorf.

Denique γυμνός est opibus nudatus, inops, egenus, quod idem sonat latine nudus. Vid. Hor. Serm. II. 5, 6. C. III. 16, 23. quosque locos attulit Forcell. in lexico tot. latin. — IV. 43. τί χρέος ἦν, ἀνάεδνου ἔχειν τινὰ γυμνὸν ἀκοίτην ἀλλοδαπὸν περιφροῦτον. Poll. Onomast. lib. VI. cp. 48. extr. οἱ δὲ τὸν οὕτω πράττοντα (τὸν πτωχὸν sc.) καὶ γυμνὸν ὠνόμαζον.

v. 121. *νήχεται*. *νήχω*, quod alii poetae epici veteres recentioresque ex Homeri *Odyssea* in sua carmina transferre non dubitarunt, Nonnus nusquam usurpavit, sed constanter *νήχομαι* dixit.

Est autem *νήχεται* nare vel natare. IX. 155. *νήχομενοι ἰχθύες*. I. 266. *δράκοντες*. XXVI. 237. *νήχεται ὑδατοῖσι ποταμῆϊός ἵππος ἀλήτης*. XXIII. 7. *καὶ πολλὸς ἐν ῥοσίοισι πόδας καὶ χεῖρας ἐλίσσων νηχομένους μιμῆτο*. confr. I. 75. *ὡς ὅτε Νησεῖδων τις ἐξομένη δελφῖνι χυτὴν ἀνέκοπτε γαλήνην καὶ οἱ ἀειρομένης* (Vid. Herm. Orph. p. 801 et Wernick. ad Tryph. p. 484.) *ἐλελίετο μυδαλή χεῖρ, νηχομένης μίμημα*. Conf. Mus. Europ. 47. *φοιταλή δὲ πόδεσσιν ἐφ' ἄλμυρά βαῖνε κέλευσα νηχομένη ἰκέλη*. adde Hes. Scut. Herc. 211. *δελφῖνες* (in scuto scil. aere expressi) *νηχομένοις ἰκέλοι*. XI. 418. *νηχομένων σκοπίαζε ῥοδόχροα δάκτυλα χειρῶν*. confr. VII. 257. *νηχομένης πάπταινε ῥοδόχρο. δάκτ. κούρης*. adde VI. 301. XII. 378. XXIII. 21. His aliisque locis participium *νήχομενος* nude positum est. — XLIII. 153. *οἰδάοντι ῥεῖδρω νηχομένου Σατύρω* *αὐλὸς ἀλάσσω*. I. 94. *νήχεται δὲ ὕδατος*. XXIII. 144. *καὶ στρατὸς ἱππῶν ζῶον ἔστιχε* (transiit) *καὶ τότε νηχομένου διερὸν δρόμον εὐπόδος ἵππου. διερὸν δρόμον νήχεται* argute dixit ad similitudinem locutionis *δρόμον δραμεῖν*. Ceterum *διερός* *δρομ* est flumen ipsum. Confr. XI. 45. *καὶ γλυκὺς ἀμφοτέροισιν ἦν δρόμος, ἄκρον ἀπ' ἀκρου νηχομένοις ἐλακηδὸν-ποταμοῖο*. VII. 155. *χεῖρας ἐρετμῶσα δὲ ὕδατος ἔτρεχε κούρη*. XI. 9. *νηχομένη δ'* (ita enim Rhodom. et Graef. recte restituerunt pro *νηχομένων*.) *ἀκίχητος ὀμήλικι νήχω Βάκχω*. XXIII. 19. *εἰ δὲ τις ἀνήρ νήχεται*. XL. 508., quo loco ad piscium formam naves ait aedificatas esse: *ὑπερκύψας δὲ θαλάσσης* *εἰς πλοῶν αὐτοδίδακτον ἐνήχεται ναυτίλος ἰχθύς*. XXXIX. 397. *κύκλον ἐς αὐτοέλακτον ἐνήχεται πυρσὸς ἀλήτης*. Eurymedon enim, alter Cabirorum, navem suam, quam ipse accenderat, in classem hostilem immisit. Haec igitur navis ignifera *πυρσὸς ἀλήτης* dicitur: qui ignis vagus cum per orbem grassaretur, aliam post aliam navem hostilem corripiciens, *κύκλον ἐς αὐτοέλακτον* dicitur natasse.

Deinde *νήχεται* significat volare, ut latine nare sive tranatare. Confr. Heins. ad Ovid. art. amat. II. v. 45. Forbig. ad Virgil. Georg. IV. 59 sq. Aen. I. 16. XLII. 37. *δὲ αἰθερίης δὲ κελυδῶν κυκλώσας ἴχνος νηχομένην, νόσος ὄρνις ἀνηώρητο πεδίλῳ* (*Ἔρωσ* sc. per aera volans). XXXI. 15. *ἤδη γὰρ ταχύγουνον ἐν ἠέρι τασσὸν ἐλίσσων* *πορδμεύετο Περσεὺς νηχομένος πετεύγεσαι* (sed vid. annot. Graef. ad. h. l.) De eodem Perseo XXV. 34. *ξείνην εἰρεσίην ἀνεμῶδεϊ νήχεται τασσῶ*. Confr. Aeschyl. Agam. v. 51 et annot. Blomfield. hoc igitur novo et singulari alarum remigio aera tranabat Perseus. XXVI. 193. *νηχομένης* (quod Rhodom. scribi iussit pro *νηχομένης*) *πετεύγεσιν ὑπὲρ πετάλοιο χορεύων ἵπταται ἀσπετος ὄρνις*. necessario vulgata *ὑπὲρ ποταμοῖο* corrigenda erat: correxit Graefius. De arboribus enim mellifluis poeta loquitur: eas igitur plurimae aves mellis dulcedine captae circumvolant. Denique *νήχεται* Nonnus ad odorem transtulit. M. Ev. Ioh. 16. *νηχομένη δ' ἐμέψυσσεν ὄλου δόμιον εἴθεος ὀμνῆ*, unguenti sc. pretiosissimi, quo Maria pedes Iesu unxit. Itaque odor latus est vel diffluit per totam domum. confr. Lucr. IV. 679. Composita sunt apud Nonnum *ἐπνήχεται* et *πεπνήχεται*. Atque *ἐπνήχεται* est innatare, adnatare. Callim. hymn. in Del. v. 193. *καλῆφόοι ἐπνήχεται* i. e. aestui innatat. v. 21. *ἦν ἐπνήξατο Κύπρις*

i. e. quam insulam annatauit Venus. Scriptor Batrachomyomach. 106. μέσσω δ' ἐπενή-
 χετο πόντω, in medio mari natabat. Nonnus XXXIX. 245. Στελλήεντι δὲ πολλῆς χεῦ-
 ματι ἐπενήχετο κύκλα βοείης. Conf. Hom. II. XXI. 301. πολλά δὲ τεύχεα καλά δαΐ-
 κταμένων αἰζηῶν πλῶον. Virg. Aen. I. 100.: iacet, ubi tot Simois correpta sub undis
 scuta virum galeasque et fortia corpora volvit. XXXIX. 369. εἰ δὲ τις εἰς ἄλλα πῖπτε
 τυπεῖς Βρομίωιο μαχητῆς, αἰδύσσων παλάμας, ἐπενήχετο κύματα τέμνων χερσὶ Σα-
 λαασσομόδοιο. Conf. Quint. Smyrn. XIV. 551. De voce Σαλαασσόμοδος vid. XXXIX.
 407. XLIII. 359. — περινήχουσαι, circum aliquid natate. XL. 325. καὶ πόλιν Ἐννοσί-
 γαιος ἔχων ἀστεμφεῖ δεσμῶ, τυμφίος ὕδατοῖς περινήχεται. Quint. Smyrn. XIV. 548.
 Αἴας περινήχετο δούρατι νηός. Ach. Tat. III. 5. περινηχόμενον τῇ κεραίῃ.

πατρῴσιον. De hac voce breviter. Vulgata scriptura vocis πατρῴος negligit iota
 subscriptum: quae res religiose singulis locis enotata est a Graefio. Forma πατρῴος
 est Pindari (vid. indic. Raph. Fiorilli); est Theognidis (689: οὐ γὰρ πατρός γὰρ
 πέρι μαρνάμεδα); est atticorum scriptorum: veterum epicorum non est. Apollon.
 Rhod. Argon. II. 486. πατρῴην αἰτεύμενον αἴσαν ἀλύξαι. Nonnus utraque forma
 usus est. De verborum πάτριος, πατρικός et πατρῴος differentia diligentissime dis-
 seruit Frider. Ellendt. Lexic. Sophocl. s. v. πατρῴος. Saepenumero cum apud alios
 scriptores, tum apud Nonnum voces πάτριος et πατρῴος inter se confunduntur. Est
 autem πάτριος, ut latinorum patrius, modo a patre vel a maioribus acceptus, mo-
 do paternus, modo ad patriam pertinens. XXIX. 207. χερσὶ δὲ Δῆμιον ἔγχος, ὅπερ
 κάμει πάτριος ἄκμων, δεξιτερῇ κούφιζεν Eurymedon, alter Cabirorum. Est igitur
 incus Vulcani patris. V. 290. Actaeon φιλοσκοπέλω μεινοῖν ἢ Ἄγρός (sic enim
 scribendum est, non ἄγρός, vid. infra 466. Lehrs. quaestt. ep. p. 260. Aristaeo
 enim cognomen erat Agreus. V. 217. XXVII. 264. Conf. omnino Boeckh. ad Pind.
 Pyth. IX. 64.) αἶμα φέρον ἀπεμάξατο πάτριον ἄγρον, patris studium venandi imitatus
 est. XXXVII. 179. πάτριον αἶμα φέρον Φοιβήϊον. Actaeon enim natus Aristaeo, qui
 idem Apollinis et Cyrenes filius, Apollo Agreus et Nomius appellatus est. M. Ev.
 Ioh. Δ. 36. πάτριον Ἑβραίων περιλαγμένον αἶμα κομίζων i. e. ab Hebraeorum san-
 guine genus ducis i. e. Iudaeus es. XLIII. 380. πάτριος ἠχώ, tonitrus dicit, quibus Iu-
 piter Bacchum deterruit, ne Beroes matrimonium peteret. At XIX. 18. Ἐρεχθεὺς
 μέλων πάτριον ὕμνον i. e. patriae laudes carmine celebravit. XLVII. 86. πάτριον οὐ
 πόμα τοῦτο λοχεύεται Ἀττικῆς ἐλαίῃ. i. e. is non patrius liquor; eum non tulit attica oli-
 va. — πατρῴος apud Nonnum reperitur II. 702. Νίκη ἦλασεν οὐρανίη πατρῴιον ἔπρον
 ἱμάσθη: sunt equi currui Iovis patris iuncti. XIV. 153. Διὸς πατρῴιον ἔδρον — αἰδέρα
 i. e. sedem patris Iovis. XIII. 34. πατρῴιον αἰδέρα ναίων. Conf. IX. 239. XXXVI. 90.
 XXXVIII. 145. XLVIII. 974. Vid. Northm. et Wernick. ad Tryph. v. 28. VII. 232:
 μὴ μία, inquit mirabunda quaedam Nais, Μουσαίων τις ἐμὸν πατρῴιον ὕδωρ ... ἐδύ-
 σατο: ut paullo supra 172. Semele vestem corpusque lotura in flumine Asopo μετέ-
 στιχε πάτριον ὕδωρ; hoc igitur est patrium, illud paternum flumen. XXVII. 73. Deri-
 ades, Hydaspis filius, οὐ τρομέω, inquit, Σῆλιν ἐγὼ πρόμον. εἰ δὲ τινάσσει ἀστεροπὴν
 γενετῆρος, ἔχω πατρῴιον ὕδωρ. M. Ev. Ioh. E. 163. ἦλθον ἐγὼ βοῶν πατρῴιον οὐνομα
 κόσμῳ i. e. patris nomen. XXXVII. 765. Ἀστέρως, Μίνως ἔχων πατρῴιον ἀλκήν. M.

Ev. Ioh. K. 92. ἔργα τάπερ τελέω καλέων πατρώϊον ἀλκὴν (Ev. Ioh. τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς μου. At. XXXIV. 182. οὐ γὰρ ἐπιχθονίοισιν ὁμοίως ἐπλέτο Μορφέϊς, ἀλλὰ μορφή Ἰνδῶν γηγενέων μιμήσατο πάτριον ἀλκὴν i. e. robur, quo maiores quondam valuerant, sive virtutem a maioribus velut hereditate acceptam.

Πατρώϊος legitur XXXIX. 390. κίμασι πατρώϊοι προασπίζουσα Λυαίου, Thetis, Nerei filia, fluctibus patris Bacchum defendit. XXVII. 48. ἐμόν — Deriades enim loquitur — πατρώϊον Ἰθάσπην. Conf. XLIV. 239. πατρώϊον = φέεδρον. XXXIX. 281. Neptunus, εἰ δὲ τεῖν, inquit, ἐπὶ δῆρον ἐμός πάϊς ἔκετο Κύκλωψ καὶ κεν πατρώϊον ἐπέλεξεν ἐμῆς γλωχίνα τριαίνης. τριαίνης enim Scaliger propter sequentem versum dedit pro vulgata κεραίης, quod vocabulum ex aliis locis, velut I. 193. II. 676. XXXII. 141. XXXIV. 152. XXXVI. 192. nescio quo errore in hunc locum videtur invasisse. Dicendum erat πατρώϊος ἐμῆς τριαίνης: at poeta mire distribuit epitheton et pronomen inter γλωχίνα et τριαίνης, quorum alterum est pars alterius. XXVIII. 62. Αἴας πατρώϊον συνάεδρον ἀδελφεὸν ἀσπίδι κεύθων (conf. Hom. II. VIII. 267.) XXXVI. 24. Παλλὰς ἄνδρος πατρώϊοι κεφαλῆς, ex patris capite prosiluit. XXIX. 370. φόβος ἠμώμενος ὄχου πατρώϊον ἐλαύνων (conf. Hom. II. XV. 119 sq.). At XVIII. 46. Βότρους — ἤλασε πάτριον ἄρμα. XXXVII. 165. Σκέλιμα πάτριον ἰσθύνων Ποσειδῆϊον ἄρμα θαλάσσης. XXXIV. 4. Θέτις πατρώϊον ἐδύσατο Νηρέος ἀλκήν. i. e. patris Nerei. XXXIII. 193. Ἔγωγος πατρώϊος ἀνέβαινον ἐς ἀστερόεντας ὄχλας. i. e. ad repagula caeli (de voce ὄχλα conf. XLI. 285. II. 260.) M. Ev. Ioh. Θ. 93. υἱὸς ναίων πάτριον οἶκον. Γ. 162. Christus πατρώϊος σοφίης (a patre acceptae) αὐτόσσωτον ὄμβρον ἰάλλει. (Ev. Ioh. τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ λαλεῖ). Δ. 120. πνεύματι πατρώϊον δεδουημένος, Christus cum Lazari sorores ac necessarios lacrimis ac luctu confectos videret; quo loco Nansius πνεύματι βοιωμηδόν δεδουημ. coniecit, ut paraphrasi vox redderetur ἐνεβοιωμηδόν. Paulo infra. ἀχνύμενος βοιωμηδόν ἀπὸ φρενὸς οἶκτον ἀνέλκων i. e. Ἰησοῦς οὖν πάλιν ἐμβοιωμηδόν ἐν ἑαυτῷ. — XXXIII. 243. Morrheus: ἀλλὰ θεὸν πατρώϊον, ὕδωρ καὶ γαῖαν ἐάσας βωμὸν ἀναστήσω καὶ Κύπριδι καὶ Διονύσῳ. eod. libr. 258. τί μοι πατρώϊος Ἰθάσπης (i. e. patrius) ἴτεμque XXVI. 70. Παλζάνω (dux Zabiorum, infensus Deriadi) Δίρκη παρέμεινε, λιπὼν πατρώϊον Ἰθάσπην. XXVII. 36. ἀντὶ δὲ Σαργαγίω καλέσει πατρώϊον Ἰθάσπην (ἀντὶ sc. Φουγίηθεν ὁμοστόλος Βάκχῳ). XXIV. 30. ναίει ἐξίνα φέεδρα καὶ οὐκέτι πάτριον ὕδωρ. adde XLII. 94. XIII. 251. (πάτριον ζῶον.) M. Ev. Ioh. Σ. 152. κρίνατε πατρώϊοι νόμοι: at Γ. 34. πάτριος Ἑβραίοις φέρεται νόμος et Σ. 186. ἀρχέγονον δὲ ὑμῖν πάτριον ἐστὶν ἐτήσιον, maiorum institutum dicit. XXIX. 214. Alcon, Cabirorum alter, πατρώϊος Ἑκάτης Διασώδεα πυρσὸν ἐλίσσω. i. e. Lemniae. Vide Lobeck. Aglaopham. Tom. II. p. 1215.

Ex his locis satis apparet, quam saepe voces πατρώϊος et πάτριος inter se commutatae sint.

ἐπισκαίρουσα. Verbum simplex est σκαίρειν, salire, vox homerica, frequens apud Nonnum. XLV. 31. πεπόγητο νῆη σκαίρουσα Μιμαλλών. i. e. saltans. XLII. 476. Σάτυρον σκαίροντα. XXX. 117. τοῦτον ἰδὼν σκαίροντα. XVIII. 179. Βάκχον ἔτι σκαίροντα καὶ οὐ ψεύοντα σιδήρου, non bellum apparantem, sed choreis se dantem. Est enim saltatio laetitiae comes. Eod. libr. 119. γηραλέον σκαίροντα ἑτεροαλλεῖ ταρατῷ. Hom.

II. XVIII. 572. ποσὶ σκαίρουτες. XLI. 234. ὑπερκύψασα δὲ πόντου χιονέῳ σκαίρουσα
 Θέτις βητάρομονι ταρσῷ ἄλλην ἴδεν Θέτιν, Beroen sc. Verba composita, quae apud Non-
 num reperiuntur, sunt ἐπισκαίρειν et περισκαίρειν. Et ἐπισκαίρειν quidem est insultare,
 subsultare. XLVII. 632. ἀντὶ δὲ φωτῶν ἰχθυῖες ὄρχηστῆρες ἐπισκαίρουσι γαλήνῃ. (Conf.
 Ovid Met. III. 683: undique dant saltus cet. II. 265 sqq.) XLIII. 353. καὶ τις ἴχνησιν
 ἀβρέκτουσιν ἐπεσκίρησε (Baccha quaedam) θαλάσση, οἷα Ποσειδάωνος ἐπισκαίρουσα κα-
 ρήνῃ: quasi capiti Neptuni insultans: quod, si recte sentio, inficete dictum est. II. 658.
 Finita siderum totiusque coeli perturbatione οὐρανόιο λέοντος ἐπισκαίρουτα προσώπῳ
 καρκίνου ἀψ ἀνασειράζουσα διεστῆριξε Σελήνῃ. (vid. Arat. 147 sqq.): omne acumen
 est in verbis ἐπισκαίρουτα et διεστῆριξε inter se oppositis. XVII. 211. ἐπισκαίρων δὲ καρήνῃ
 ἡμιθανῆς κεκύλιστο καὶ οὐασι τύπτε κοινήν (conf. Hom. II. V. 585. αὐτὰρ ὄγ' ἀσθμαί-
 νων ἔκπεσε δίφρου κύμβαχος ἐν κοινήσιν cet. adde XVI. 745. ὡς φέτα κυβιστῶ.)
 XVII. 144. καὶ ποσὶ λεπταλόισιν ἐπισκαίρουτες ἐρίπνῃ Πᾶνες. XXIV. 123. Ἰνδῶν δ'
 (δ' pro τ' reponendum esse, docet Lehmsius quaestt. epic. p. 298) ἐχόρευον ἐπισκαί-
 ρουτες ἐρίπνῃ. Itaque XII. 36. an recte Ἰνδῶν ἐπισκαίρουτες ἐρίπνῃ scriptum
 sit, dubito. IX. 248. ἐκ θαλάμοιο δὲ φυροῦσα διέδραμε δύεργαμος Ἰνώ, τρηχαλέας ἀπέ-
 διλος ἐπισκαίρουσα κολώνιας. Quo loco sive deleta post nomen Inus distinctione ac-
 cusativus pendet ex διέδραμε (conf. I. 188. XXII. 40. XLVIII. 325.), sive servata in-
 terpunctione ἐπισκαίρουσα iungitur cum accusativo κολώνιας, accusativus minus offen-
 sionis habet, quam loco paullo ante allato. Hic enim Ino nudis pedibus insultare
 i. e. percursare asperos montes dicitur, illic tigres in ipsa rupe subsultant. Virgil. Aen.
 VII. 580. attonitae Baccho nemora avia matres thiasis insultant. Ceterum de fuga
 Inus vide Pausan. Attic. cap. XLIV. II. Luc. dial. deor. marin. IX. 1. Ovid. Met. IV.
 524. XLVIII. 903. παρ' ἡμετέρῃ (i. e. ἐμῇ) χαμεινῇ πόρδαλον ἀπτοίητον ἐπισκαίρουτα
 νοήσω. Aura se dicit deposito omni venationis studio non prohibeturam, quominus
 panthera prope cubile impune lasciviat sive gestiat. XLVII. 125. Icarium χροῖνί πίπτε
 τυπτόμενος φροπάλουσιν (ebriorum rusticorum), ἐπισκαίρων δὲ τραπέζῃ cet. (pede, calci-
 bus mensae insultans crateram subvertit). XLI. 35. ὀμευνέτις-ἔδνα Ποσειδάωνος δέ-
 χνυται, ἰχθυόεντα πολύχροα δεῖπνα τραπέζης εἰναλίῃ Νηρηῶς ἐπισκαίρουτα τραπέζῃ. for-
 tasse, inquit Graefius, poeta dedit ἐπισκαίρουτα (proprium fuisset ἐπισπαίρουτα) τριαίνῃ.
 Interim illud Aegyptiacum quid sapit. Haec ille: equidem etsi repetita vox τραπέζα
 mihi non adeo placet, tamen cum Nonnus eiusmodi argutias sectetur, nolim quidquam
 mutatum. Denique XI. 374. ἀβρός ἐῖν ποτὲ κοῦρος. ἐπ' ἀμφοτέραις δὲ παρειαῖς αὐτο-
 φρῆς χάρις ἦεν ἐπισκαίρουσα προσώπῳ. Conf. Wernick. ad Tryph. v. 58. et imprimis
 Koechly ad Quint. Smyrn. I. 58. V. 495. Strato Sard. Ep. IX. I. εἰ καὶ σοι τριχόφοι-
 τος ἐπεσκίρησεν Ἰουλος. Rufin. Ep. XXXI. 3. λευκαὶ σοι ἐπισκιρῶσιν ἔθειραι.
 περισκαίρειν. circum salire. Opp. Cyneget. I. 143. πάντες εἰασι φίλησι περισκαί-
 ρουσι τεκούσας. Apud Nonnum haec vox permultis locis reperitur. XI. 5. νέον ποσσὶ
 περισκαίρουτα. V. 183. in opere quodam caelato ἀλίτροφα πῦρα λίμνης οἷα περισκαί-
 ρουτα μάγμαρην. XIII. 501. στρατόν ὄρχηστῆρα περισκαίρουτα δοκεῦν. XLVIII. 196.
 Γαλάτεια περισκαίρουσα θαλάσση (i. e. ἐν θαλ.). IX. 203. Πᾶνες ποσσὶ περι-
 σκαίρουτες ἐρίπναις. XXXVII. 742. ἡμιθανῆς δὲ πέλεια περὶ πτεροῖ ἀλλε κοινή, ποσσὶ

περισκαίρουσα χοροπλεκέος Διονύσου (circum seu prope pedes Bacchi: aliter Hom. conf. II. XXIII. 380.) Cur περισκ., non περισκαίρ. dictum sit, nemo non videt. At XXXV. 21. καί τις ὑπὲρ δακτύλοιο περισκαίρουσα κονίη παρθενική γυμνοῦτο. hoc igitur loco Graefius, proprium, inquit, erat περισκαίρουσα: quod sane de moribundis dicitur. Vide Köchly ad Q. Smyrn. I. I. Verum vox περισκαίρ. apud Nonnum nusquam reperitur: extat ἐπισκαίρω, velut X. 108. ἐπισκαίροντα μαχαίρη (conf. Quint. Smyrn. I. 624. δουρὶ περισκαίρουσα). XLVII. 168. ἐπισκαίροντα κονίη. XXXVI. 240: quo loco Graefius ἐπι σκαίρ. scribi maluit. — Cum accusativo iunctum est περισκαίρειν. XVIII. 127. Μέδῃ κρητῆρα περισκαίρουσα Λυαίου (circum crateram saltavit). XV. 217. δαμάλη πεφόρητο, περισκαίρουσα κολώνιας. M. Ev. Ioh. K. 9. μῆλα περισκαίροντα νομῆα. XVIII. 53. Σάτυροι ἄρμα περισκαίροντες. II. 135. χελιδνῶν ὄρχηστρῶν πτερόεντι περισκαίρουσα καλιήν: quippe enim hirundines per gyrum circumvolitare solent. adde V. 150. I. 200. Denique navis quoque περισκ. dicitur XXXIX. 395. νηὺς περισκαίρουσα Σαλαόση. Horat. I. 3. 24. Ovid. Metam. I. 134: fluctibus ignotis insultavere carinae (vid. Gierig. annot. ad. h. l.).

ῥέεθρος. de Oceano vide XLIII. 168. et quos locos attuli meletem. part. I. p. 10. Plura de hoc vocabulo ad versum 317.

v. 122. ἤστραπτεν. ἀστράπτειν apud Homerum est fulgurare, ut II. II. 353. IX. 235. vel fulminare II. X. 5. Apud Nonnum frequens est, nusquam transitivum (de quo usu huius verbi vid. Jacobs ad Philipp Epigr. LIII. 3.) nec de fulgure modo, sed de omni fulgore ac splendore dictum. XLV. 86. ὑψιμάδιον Ζεὺς ἀστράπτει μακάρεσσι. Inde Deriades insolentius se efferens XXVII. 96. καί μιν ἐλέγξω, inquit, μαργαμίενος Σατύροισιν, ἵνα φρένα μᾶλλον ἀμύξῃ, Δηριάδην κτυπεύοντα καὶ ἀστράπτοντα δοκεύων (utrumque poeta iunxit imitatus Homerum II. XVII. 595.) Deinde de fulgore Solis XXXVIII. 81. ἠέλιος γὰρ δευτέρου ἀστράπτουσι (modo enim defecerat) φεραυγέα Βάαχον εἶσκω. Hinc illa: XL. 412. εἰδοσὶ νηοῦ Ἀστροχίτων ἤστραψε (effulsit). VIII. 342. Κρονίωνος ἀστράπτουσαν ὑπὲρ νηῖν. XXXVIII. 153. ἠΐθεός γάρ (Phaethontis) ἐπ' ἀστράπτουσι προσώπων Ἥελίου γενετῆρος ἐπέπερε σύγγονος αἴγλη. Eod. lib. 89. ἀστράφεις κατ' Ἄρηα (in bello) τὸ δευτέρου ὡς Ἵπερίων. 134. παρ' ὕδατόεντι δὲ παστῶ εὐλοχος ἀστράπτουσι γάμφυ νυμφεύετο κοῦρη καὶ ψυχροῖς μελέεσσι ἐδέξατο Σερμῶν ἀκούτην: Clymenen dicit Soli collocatam, nympham marinam igneo deo. Quo loco quamvis quaesitus verborum ornatus molestus sit, plana tamen sunt omnia et ad intelligendum facilia: una vox est, quae aliquam habeat explicandi difficultatem. εὐλοχος enim apud Euripidem (vid. Hippolyt. 167 et annot. Valck. ad h. l.) et Callimachum (Ep. XXI.) sonat parturientes mulieres sublevans. quae significatio neque huic loco neque alteri, qui est I. 294, quadrat. Exscribam verba: καὶ βύθιον μετὰ τέρμα, μετὰ χθονὸς εὐλοχον εἶδον Ζεὺς νόσος (Typhon) ὄπλασε χεῖρα κυριγλωχίην κεραυνῶ. Aggressus erat gigas mare ingentesque in eo turbas moverat: iaculatus erat rupes: nunc dextram fulmine armat. Pro εὐλοχον vir doctus apud Villos. tentavit εὐλοφον (vid. annot. Graef. ad h. l.): fortasse intelligi voluit firmam, stabilem terrae sedem i. e. terram. Sed vereor, ut eius coniectura probetur. Etenim apud Nonnum εὐλοφος semel reperitur, XXXVII. 683, ubi Ἄκων εὐλοφος i. e. cristatus dicitur. Conf. Soph.

Aiax 1265 ed. Herm. Illud autem apparet, iis, quos supra attulimus, locis vocem εὐλοχου non ita posse explicari, ut valeat partum sublevans, sed, si germana est scriptura, explicanda erit, secunda. XXXI. 110. Ἴρις ἀεξιαφύτου Ζεφυρίου χρυσοπτερε (de quo epitheto conf. Hom. II. VIII. 398 et Voss. epist. mythol. XXII.) νύμφη, εὐλοχε μήτηρ Ἐρωτος (vid. v. 106. XXXIX. 117). Iris igitur coniux Zephyri, mater Cupidinis et ea quidem εὐλοχος. Conf. Plut. ἐρωτικ. cp. 20, ubi praeter alia commenta poetarum hanc quoque fabulam tradit. Grammaticorum interpretatio huius fabulae a Plutarcho commemorata non verior est, quam altera paene Socratica, cui ipse patrocinari videtur. Restat XLIV. 309. ἔγρεο καὶ σὺ (Autonoe sc.) γένοιο γραμοστόλος, εὐλοχε μήτηρ (μήτηρ dubitanter emendavit Struv. I. I. p. 22). Autonoe nimirum ut vana spe et imagine eludatur, felix mater appellatur Actaeonis. Sed redeo ad v. ἀστράπτειν. De solis fulgore, de lunae aliorumque siderum claritudine dictum est II. 323. (conf. III. 429.) XXVI. 232. XXXIII. 375. XXXVIII. 38. Figurata autem dictum M. Ev. Ioh. Γ. 101. Χριστὸς εἰς χθόνα φέγγος (φῶς) ἴκανε καὶ γένος ἀνδρῶν φέγγος ἀστράπτουτος ἐφίλατο μάλλον οὐμίχλην. i. e. tenebras magis, quam lucem claram dilexit. XXX. 107. Vulcanus Morrheum ignibus premens ἀστράπτων πρόμος vocatur, itemque XIV. 230. ἠγεμόνευεν Εἰραφιῶτης ἀστράπτων ἀγίδηλος (vide Köchly ad Q. Smyrn. I. 38). — De auri splendore: XIX. 158. χρύσειον ἀστράπτοντα μέγαν κρητῆρα δοκεύων. X. 173. XI. 31. Pactolus aurifer ἀστράπτων dicitur. Deinde de gemmis, velut XI. 310. μαγμαφῆν δὲ ἄζομαι ἀστράπτουσαν Ἐρυσθαίην λίθον Ἰνδῶν. Pro vulgata ἄζομαι Scaliger λάζομαι, Cunaeus (animadv. p. 103.) ἄζομαι coniecit. Cunaeus Moser et Graefius secuti sunt, nec iniuria: nam dona, quae allaturus est, Bacchus enumerat. XL. 268. καὶ λίθον ἀστράπτουσαν (ἀγῶν τις) Ἐρυσθαίης γέρας ἄλμης. Vid. Lucian. Amor. 41. Prudenter autem Graefius γέρας pro vulgata scriptura τέρας reposuit. Conf. XXXVII. 129. — XLV. 124. ἀμφὶ δὲ κόροσιν στέμματος ἀστράπτουτος ἦν αὐτόστυτος αἰγλή λυχνίδος ἀσβέστοιο cet., de quo loco vid. Schoenii comment. de person. in Euripid. Bacch. hab. scen. p. 16. — De regiae ornamentis III. 129. ὄμιον — ποικίλον ἀστράπτουτα. De vestitu atque armatura I. 10. τεύχεσιν ἀστράπτουσαν ἀνηκόντιζεν Ἀδύρην. Homerus λαμπόμενος dicit, velut II. XVII. 214. pariterque Apoll. Rhod. III. 1229. 1356. at Tryph. v. 383. τεύχεσιν ἀστράπτοντας. XXII. 150. καὶ ῥοβείας ἤστραψε βολαῖς ἀντάπιον Ἡοῦς, σείων ξανθὰ μέτωπα θυφηνέος τρυφαλείης Λυδός ἀνῆρ. Curt. III. 5. haec tot gentium moles nitet purpura auroque, fulget armis et opulentia. Conf. praeterea I. 480. XVII. 105. XXX. 238. XXXIV. 159.

Translatum autem est verbum ἀστράπτειν ad nitorem oris, ad dignitatem ac praestantiam formae XLVIII. 320. καὶ σέλας Ἰοχέαια διαυγάζουσα προσώπου ἀμφιπόλων ἤστραψεν ὑπέτερος (conf. Aeschyl. Prom. 356. ἐξ ὀμιάτων ἤστραψε σέλας: i. e. ex oculis fulminabat ignes). Rhodomannus voluit scriptum ὑπέτερον. At vide Matth. Gr. gr. Tom. I. p. 102. Eodem modo M. Ev. Ioh. E. 141. μεθέπω ὑπέτερον ὀμφῆν. III. 359. ἐσσομένων προκέλευσον ὑπέτερον ἐλπίδα βόσκων. XLVIII. 249. ἡ μὲν ἀνεβλάστησεν ὑπέτερος ἤλικος ἤβης, qui locus eius, de quo agimus, simillimus est: itemque XXX. 192. ἐκτενε δ' Ἀλκιμάχειαν εἰν ἐνὶ δεσμῶ ἠρορήν καὶ κάλλος ὑπέτερον ἤλικος ἤβης. Conf. Virgil. Aen. I. 498. Ovid. Met. III. 181. Simili modo Hor. I. 12. 46. micat lu-

lium sidus velut inter ignes Luna minores. Illud autem nemo ignorat, apud Homerum ceterosque poetas deos et incessu et oculorum lumine excellere. Itaque de gratia oris corporisque eximio quodam decore XXIX. 18. Τριέναιος (iuvenis) ἀγλαΐη ἡστράπτειν. VII. 224. Cum Semele in Asopo fluvio se lavaret, ῥόος ἡμερόεις ἀστράπτων χαρίτεσσιν. XVIII. 341. εἰπέ, γύναι, τί παθοῦσα τήν ἀλλάξασ μορφήν, ἀύχμητήν (squalidam) ὀρώ σε καὶ ἀστράπτουσαι (nitentem) εἴσας. Vulgata est εἴσας. Graefius post σέ interpunxit et pro εἴσας scripsit εἴσα. At Struvius (commentat. de exitu vers. cet. p. 24.) vitio scripturae sublato εἴσας reddit. Quippe enim καὶ significat etiam, vel. XI. 26. Ampelo natante ἀμφοτέρων — recte enim Rhodom. et Spitzner (de vers. her. p. 53) emendarunt vulgatam scripturam ἀμφοτέρα — ἀστράπτει ῥόος (Pactolus) οὗτος ἐρευθίζωντι μετάλλω, ὡς σὺ τοῖς μελέεσσιν. quae si vera est scriptura, brevitatis est dicendi paullo impeditior. Denique XIII. 453. οἷτε πόλιν Κινύρειον (ἔχον) καὶ Οὐρανίης πέδον ἔδρης, αἰδερίου κενεῶνος ἐπάνυμον. De urbe a Cinyra condita vid. Heyn. ad Apollod. III. 14. 3. et Boeckh. ad Pind. Nem. VIII. 18. Pro Οὐρανίης in edd. οὐρανίης: quod Moser relinuit. At recte vidit Graefius esse nomen proprium. Poeta mentionem facit Uraniae, quae urbs erat Cypri. Vid. Petr. Wessel. ad Diode. Sicul. I. XX. p. 783. extr. hanc igitur urbem οὐρανίην cognominem esse dicit, ὅτι πολίτας ἔτρεφεν (pro vulgata scriptura ἔστρεφεν Rhodomannus ἔτρεφεν de coniectura dedit) ἀστράπτοντας ἐπουρανίων τύπον ἀστρων, instar siderum fulgentes, metallorum, nisi fallor, copia, quorum totam insulam Cyprum Strabo tradit uberrimam fuisse.

v. 127 — 130. ἔην δέ τις, ὡς ὅτε δισσης. — μαζῶν. Nitōr puellae simillimus erat splendori plenae lunae ex aquis relucētis. Virgo nudis pedibus ad dimidiam corporis partem prominens in aqua stabat, rosearum genarum venustate animum Phoebi percūtiens. Formae imago in vadis depicta apparebat: nec strophio tunc virginis pectus praecinctum erat niveaeque mammae lacum collustrantes rutilabant.

v. 122. δισσης. Constat, hanc vocem lyricis atque tragicis poetis esse usurpatam. Est duplex, bini, duo. Ut hoc loco δισση κεραλή Μήνης, ita XLIV. 159. κεράτα δισση μετώπου, Bacchi scil. XLVI. 118. χεῖρα δισσην. Virgil. I. 93. et duplices tendens ad sidera palmas. conf. Pind. Nem. I. 44. δισσησαι δοιοὺς ἀύχηνων μαρτύρας χερσὶν εἰς ὄφιας. Euripid. Troad. 1297. καὶ χερσὶ γαῖαν κροτοῦσα δισση XXXVII. 711. λεπταλέων δισσησαι μίτων περὶ ποσσὶ πελειαδος ἐλίξας (conf. Hom. II. XXIII. 854.) XV. 3. στατὸν ἔχνος ἐπ' ἑλῆ δισσην ἐρείσας. M. Ev. Ioh. T. 173. δισσην πόδα. XX. 32. δισσην ἀμφοτέροις ἐντυεν εὐνήν. M. Ev. Ioh. I. 177. εἰς κρήμα δισσην ἔβην ἐτρετρόπον i. e. veni in terram, ut duplex iudicium exercebam: quod iudicium cum homines probos ab improbis discernat, κρήμα dicitur.

IX. 316. δισση γένεθλα μιῆς λοχείης βλάστημα. X. 394. δισση ἀκρα κελύβου. XXXVII. 483. χρυσοῦ δισση τάλαντα i. e. duo. XXXI. 273. Iuno Veneri, δισση ἐγώ, inquit, γενόμην ἐκυρή σέθεν: quia Venus et Vulcano et Marti coniugio iuncta erat. Eurip. Hec. 880. ὡς τῷδ' ἀδελφῷ πλησίον μιᾷ φλογί, δισση μερίμνα μητροί, κροφῆτον χροσί.

v. 123. μαρμαρυγήν. μαρμαρυγή ponitur apud Homerum Odys. VIII. 265. de celeri pedum motu et quasi vibratione: quem vocis usum imitatus est Opp. Halieut. IV.

569. Vide Eustath. ad I. I. p. 1295. 50. Est omnino fulgor sive nitor. Conf. Dorvill. ad Charit. I. II. cp. 2. pag. 298. Jacobs ad Leonid. Tarent Epigr. XLI. 1.

Apud Nonnum ponitur de radiante splendore solis ac lunae. XXXVIII. 249. VI. 333. XXXIV. 42. IX. 4. VII. 303. XLIV. 221. XXXVIII. 151. Deinde de fulmine coruscante I. 320. μαρμαρυγήν κεραυνου̅ ἀείρων χερσίν ἔκαμινεν, fulgorem sive scintillam fulminis i. e. scintillans fulmen tollere Typhon non potuit. Eod. I. 303. εἴκελον αἴθοπι κατιφ̅ μαρμαρυγῇ σελάγριζε κατηφεί λεπταλέου πῦρ. IX. 104. καὶ Διὸς μαρμαρυγῇ σελάγριζε. — Tum de aliarum rerum splendore: XXII. 153. ἀπὸ στέφνων δὲ φορήος (aurea enim arma gestabat) μαρμαρυγῇ σελάγριζεν ἐρευσομένοιο καρήνου, ipsa nimirum galea aurea erat. XL. 354. Tyri ἀγνυαὶ μαρμαρυγῇ ἀνέφαινον ἀμοιβαίῳ μετάλλου. XX. 19. μαρμαρυγῇ σελάγριζε πολυγλήνων ἀπὸ πέπλων. XLV. 336. Bacchus Penthei ὄλον δόμον μαρμαρυγῆς ἐπλησει. — Denique de corporis eiusque partium, imprimis autem oculorum nitore. XVIII. 353. οὐκέτι βακχευθέντος ἀφ' ὑμετέροισ̅ καρήνου μαρμαρυγῇ ῥοδόεσσαν ὀϊστεύουσι παρειαί. ῥοδόεσσαν Graefius, ψολόεσσαν Cunaeus (animadv. p. 130.) de coniectura dedit. Graefio ego consentio: res enim ipsa loquitur. XL. 414. πυργλήνου δὲ προσώπου μαρμαρυγῇ ῥοδόεσσαν ἀπηκόντιζον ὄπωπαί, Astrochitonis seu Tyrii Herculis, qui idem est atque Sol. VIII. 341. οὐ̅πω Κρονίῳ προσώπου μαρμαρυγῆς ἐνόησα καὶ ἀστράπτουσαν ὑπὲρην. XXXIII. 24. καὶ χλόος (de coniectura Cunaei, animadv. p. 149.) μαρμαρυγῇ στίλβουσαν ἀπημάλδινε προσώπου. adde XXVII. 235. M. Ev. Ioh. I. 46. μαρμαρυγῇ πέμποντα νεογλήνοιο προσώπου: poeta loquitur de homine oculis capto, cui Christus visum reddidit. τ. 54. XXXV. 41. XXX. 255. ἐκ δὲ προσώπου μαρμαρυγῇ πυρόεσσαν ἀνηκόντιζον ὄπωπαί Minervae sc. Poeta imitatus est Homer. II. I. 200: δεινὴ δὲ οἱ ὄσσε φάεινθεν.

τροχόεσσαν. Vox trochōeis posterioribus est poetis usurpata. Callim. hymn. in Del. v. 261. τροχόεσσα πανήμερος ἔρρεε λίμνη i. e. palus rotunda. Vid. Spanhem. ad h. I. Nicand. Ther. 332. ἀλφοὶ τροχόεντες. Alexipharm. v. 544. σμῶδιγγες τροχ. Maced. Epigr. XVIII. 3. ἀλλ' ἴνα μοι τροχόεσσα κύλιξ βλύσσειε Λυαίῳ. Est autem τροχόεις rotundus, orbiculatus. Itaque hoc loco splendor plenae lunae orbiculatus dicitur. XXVI. 393. τροχόεσσα Σελήνη. Conf. Hom. II. XXIII. 455. Merrick. ad Tryph. v. 518. XXVII. 88. χαλκοβαρῆς δὲ ὀφθαλμῷ τροχόεντι βέλος τετορημένον ἔστω: qui locus ad imitationem Homeri (Odys. IX. 382) compositus est. XXVIII. 227. μαρμαρυγῇ τροχόεσσα μονογλήνοιο προσώπου. Conf. Callim. hymn. in Dian. v. 53. Hesiod. Theog. v. 144 sq. Qui orbis papillarum hoc loco εὐκύκλος, idem VII. 331 et XLVIII. 115 τροχόεσσα ἔτυς μαζῶν dicitur. XXXVII. 128. τροχόεις ὀμφαλὸς ἀσπίδος (conf. Homer. II. XIII. 192.) i. e. κυκλοτερῆς vel τροχοειδής. XLVI. 128. λόφος τροχόεις χροῖός. XVII. 58. πλεκτοῖς ἐν ταλαροῖς τυρόν ἀείρων τροχόεντα. XXXVII. 472. κύκλος ὅσον τροχόεις ἀπολείπεται ὠκέος ἵππου: rotarum orbem intellige. Inde eod. libr. 357. τροχόεντι ὀκῶν πόδας ἵππειους διαξύνων i. e. rotarum circumactis orbibus pedes equorum strinxit. Atque v. 459. καὶ οὐ τροχόεντι σιδήρῳ λεπταλέης ἀτίνακτα τινάσσειτο νῶτα κούρης. Conf. Hom. II. XXIII. 519 sq. ἐπίσωτρον enim intelligitur. Vide Köchly ad Quint. Smyrn. IV. 516. XXXVIII. 173. Phaethon puer, ut cupiditatem currus mo-

derandi animo insitam expleret, currum fabricatus est κυκλώσας τροχόεντα τύπον ψευ-
δήμιονι δέφρω. III. 8. οὐκέτι Μασσαγέτης δουρατέω τροχόεντι διαστειβεν ῥόον ὀκτώ,
ὑδρηλάς ἐχάρασσε πεπηγὸς αὐλακας Ἴστρου. Ovid. Trist. III. 10, 30 sq. Ipse cae-
ruleos ventis latices durantibus Ister Congelat et tectis in mare serpit aquis: Quaque
rates ierant, pedibus nunc itur et undas Frigore concretas ungula pulsant equi. Perque
novos pontes subterlabentibus undis Ducunt Sarmatici barbara plaustra boves. vid.
Diodor. Siculus V. p. 303. de Galliae fluminibus congelatis: οἱ ποταμοὶ πηγνύμενοι
διὰ τῆς ἰδίας φύσεως γεφυροῦνται. οὐ μόνον γὰρ οἱ τυχόντες ὄβηται κατ' ὀλίγους κατὰ
τοῦ κρυστάλλου πορευόμενοι διαβαίνουσιν, ἀλλὰ καὶ στρατοπέδων μυριάδες μετὰ
ἀμαξῶν γεμουσῶν ἀσφαλῶς περαιοῦνται. Itaque sententia illius loci est: cum hiems
praeterisset nec Ister iam congelatus esset, Massagetae non potuerunt cum plaustris
hoc flumen transire. δουρατέος τροχόεις ὀκτὸς ἄγκος ἰgitur non navem hoc loco significat,
sed currum: navis intelligitur XL. 463. μὴ φῶμιον οἶδμα χυδεῖη ἐνδόμυχον γλαφυ-
ροῖο κεχηρῶτι δούρατος ὀκτώ. At vid. Wernick. ad Tryph. v. 343.

ἀναπλήσασα. ἀναπιμπλάναι Homerus in Iliade et Odyssea iungit verbis πότμος,
οἶτος, μοῖρα, κῆδος. ac simili modo Apollonius, Oppianus, alii locuti sunt. Nonn. XIV.
433. ὄφρα Ζηρὸς ὄλους κρητῆρας ἀναπλήσει Γαιυμήθης. Homerus ἐπιστέφροσθα
et ἀνακεραυνῦναι dicit. XVI. 163. ἀναπλήσας δυοκαίδεκα κύκλια Σελήνης: explesti
seu exegisti duodecim menses (conf. Hom. II. V. 385). XLI. 158. δρόμον ἐννεάκυκλον
ἀναπλήσασα Σελήνης φόρτον ἐλαφοῖζει i. e. exactis novem mensibus partum enixa est.
XXIV. 197. ὠδῖνας ἀναπλήσασα λοχεῖη. XXXVIII. 266. εἰ μὴ ἀναπλήσειας (de
hiatu vid. Lehrs. quaest. epic. p. 270.) εἴκοσι καὶ δέκα μοῖρας. i. e. cursu emensus
eris. μοῖραι autem triginta partes sive portiones sunt, quae cuique signo attribuuntur.
vid. Dorvill. ad Charit. Aphrod. I. VIII. cp. S. p. 651. XXXI. 167. ἐννεάκυκλον ἀνα-
πλήσειεν ὀμίχλην. Hesiodus Theog. v. 56. ἐννέα γὰρ οἱ (Μνημοσύνη) νύκτας ἐμίσγητο
μητίετα Ζεύς. Atque hoc ipso loco μῆνη διόσῃς ἀναπλήσασα κεραίας μαρμαρυγὴν
τροχόεσσαν i. e. ubi implevit orbem suum sive ubi plena est.

κεραίας. De lunae cornibus conf. XXI. 202. Σεληνάησι κεραίας. XL. 378. ταυ-
ροῖην ἐπίκρυτον κεραίην Σελήνης. Arat. Dios. 790. Quint. Smyrn. I. 149. Tryph.
515. γλωχίνας κεραίας. Inde Lunae epitheta κεραή, εὐκέραος, κερόεσσα, βόωπις, ταυ-
ροφυής. I. 196. V. 163. XVII. 240. XXXII. 95. XXIII. 309. XXXVI. 346.

De cornibus boum. V. 11. (conf. Hom. II. I. 459.) XXV. 230. ὀλίγην ἔτμηξε κε-
ραίην, Marathonii tauri cornu fregit Hercules. Vid. Heyn. ad Apollod. II. 5. 7. XXXVI.
192. βοὸς εἰσορόων βλοσυρῆς γλωχίνα κεραίας. XLIII. 44. ἄκρα κεραίας. Inde de
tauri, signi caelestis, I. 193. XXXVIII. 340. (conf. Ovid. Met. II. 80) et de Ius in
vaccam mutatae cornibus, quam formam, ubi in Aegyptum pervenit, exiit, III. 280.
δαμιονίης Ἴνδαλμια μεταλλάξασα κεραίας ἔσκε Σεά φερέαρος. Verba δαμιον. — κερ.
delenda censuit Cunaeus (animadv. p. 51), quod iteratio molesta esset: iure tamen
Graefius ea servavit. Ceterum conf. Ovid. Metam. I. 739—747.

De cornibus cervi. II. 677. Cadmus iubetur sacra facere et Ἰλλυρικῆς ἐλάφοιο
πολυγλώχινά κεραίην ἐν πυρὶ καίειν. De epitheto Ἰλλυρικῆς vide Apollod. III. 5. 4.
Heyn. ad h. l. p. 580. Unger Theban. Parad. p. 50 sq. et 385. V. 340. οὐδέ, inquit

Actaeon, *μετώπῳ ὑμετέρῳ* (tuæ fronti) προβλήτες ἐπὶ ῥῆντο κεραῖαι. XLIV. 285, ubi ad eandem rem poeta spectat, ἐλάφοιο τανυγλώχινια κεραῖην, (conf. Nicand. Ther. 36.) et XLVI. 328. μηκεδανὴν ἐλάφοιο νόσῃν κεραῖην. — De dracone, qui κεράστῃς appellatur XI. 88: νεβρόν σμερδαλέη προήνευε ἀλοισθέντα κεραῖη. — De Dionysio tauriformi XV. 30. XXXII. 128. 141. Conf. Ovid. Epist. Heroid. XIII. 33.: ut quas pampinea tetigisse bicorniger hasta Creditur. Vide Gerhardi »Auserl. Vasenbild.« tom. II. p. 108. annot. 92 et 94. — De cornibus Panos XLIII. 111; Sileni, qui in flumen mutatur, XIX. 286: atque Ampeli in vitem mutati XII. 184: quo loco *γναμπτή* κυρτά κόρυμβια Cunaeus et Rhodom. de coniectura dederunt. Vulgata est *γναμπτή* σκιστά κορύμβου. Est enim, ut Cunaeus dicit (animadv. p. 108), Ampelus ex Satyris unus, quibus cornua in fronte surgunt. — De Deriade cornigero XXXIV. 184. Conf. XXVI. 153. XXVIII. 262. XXXIX. 284. (βουκέραο Δηριάδῃος.) — Confusa erant vocabula κεραῖης et τριαίνης XXXIX. 281, ubi Neptunus, πατρώην, inquit, ἐλέλεξεν ἐμῆς γλωχίνα τριαίνης Cyclops scil. filius, at recte Scaliger pro κεραῖης reposuit τριαίνης. — Denique κεραῖη est antenna. conf. XXXII. 159. ἐδοχμώθη (vi tempestatis) κεραῖη. XXXIX. 315. ἰὸς ἀκροτάτης ἐτύχησεν ἀεροσιλόφοιο κεραῖης. Aeschyl. Eumenid. v. 547, loco uno praeclarissimo: λαῖφος ὅταν λάβῃ πόνος θραυομένας κεραῖας. XXXVI. 409. ἐπ' ἄκρω (ἰστῷ) δουρατέην ἐπίκυρτον ἐτορνώσαντο κεραῖην: poeta ἰστοκεραῖαν dicit.

v. 124. ἑσπερίη. Conf. XXV. 101. ὑπὲρ δυτικοῦ δὲ κόλπου ἑσπερίη Περγῆα (sic enim Canter. et Rhodom. vulgatam scripturam *περαῖα* emendarunt) εἶδε Σελήνη.

Est autem vocis ἑσπέριος apud Homerum aliosque scriptores duplex significatio. Sonat enim ἑσπέριος aut vespertinus aut occidentalis. Itaque apud Nonnum II. 186. ἑσπερίη, occasus, opponitur ἀντολήη, orienti, et XXXVIII. 389. vox ἑώϊος ex adverso posita est voci ἑσπέριος. Ut hoc loco Σελήνη ἑσπερίη, ita I. 175. confusione rerum exorta ἡμισαῖη σελάργε, Callim. hymn. in Iov. 88. ἑσπέριος et ἦοι inter se opponuntur. Leonid. Tarent. epigr. LXXXVIII. 1. ἑσπέριον κῆψον ἀπώσατο πολλὰς ὕπνοι. Illud autem non est quod moneam, Graecorum more adiectiva temporis plerumque pro adverbis poni.

Iam vero ἑσπέριος de tempore dictum est III. 171. κοῦρος ἐναντία δαιτυμονίῳν λαμπάδος ἑσπερίης ταινύων ἐπαδόρπιον αἰγλήην. Vid. Wernick. ad Tryph. v. 143. Res ipsa sumta est ex Homero Odys. VII. 100 sq. V. 113. ἐκ δὲ πολυσπερέων δαίδων ἁμοφεγγέος αἰγλήης ἑσπερίης ἀνέτελλε φάος ψευδήμιος ἦοῦς. i. e. sub noctem tot faces accensae sunt, ut tenebrae dispellerentur et dies videretur esse. Verbis ἑσπερίης et ἦοῦς poeta acumen captat. XVIII. 367. χερσὶν ἀεράζειν θαλαμηπόλον ἑσπέριον πῦρ, de taedis nuptialibus poeta loquitur. Longe aliud ἑσπέριον πῦρ est apud Tryph. v. 145. Conf. Hom. Odys. X. 30. Opp. Halieut. IV. 640. τοὺς μὲν ὑπηματίους, τοὺς δ' ἑσπερος εἶλε δαμέντας, εὐτ' ἂν ὑπὸ πρῶτον νυκτός κνέφας ἀσπαλιῆς πυρσὸν ἀραιάμενοι ἰχθύσιν αἶσαν ἀγνοῦν. Apparet, ἑσπέριον saepe tempus diei in noctem praeceps dici. P. Ev. Ioh. Σ. 62. ii, qui Christum comprehenderunt comprehensumque vinxerunt, ἑσπερίην ἐποίησαντο πορεύειν. Quod vero apud Apoll. Rhod. II. 44. νύξ ἑσπερίη appellatur, id ego non ad stellam Veneris spectare arbitror, sed ad caeli regionem, unde tenebrae suboriuntur. Vid. Quint. Smyrn. X. 197 et omnino Wernick.

ad Tryph. v. 145. Fortasse Nonnus XLII. 340, ubi Ἀφροδίτην ἑσπερίην vocat, Ἐσπερον, stellam Veneris, respicit. Verba sunt: ἀχνύμενος δὲ Ἵππιον ὄμιου καὶ Ἐρωτα καὶ ἑσπερίην Ἀφροδίτην ἰκέτευεν. VI. 82. σὺν ἀστέρι Κυπρογενεῖς ἑσπερίῳ: quae stella eadem ἑωςφόρος appellatur XXXVIII. 137. Confer. eiusd. libr. 390, de quo loco alias diximus, et Cun. animadv. p. 84 sq. XVIII. 155. ἑσπερίην χθόνα πᾶσαν ὑπόσκιον ἔσκεπεν ὄφρυη: non est hoc loco vespertina regio, quam dicit Horat. Serm. I. I. 4. 30., sed sententia verborum est: cum iam advesperasset atque nox terrae umbram induxisset. P. Ev. Ioh. Σ. 87. ἑσπερίοι ἀῆται, sunt venti vespertini seu sub noctem surgentes iique frigidi. XXXVIII. 5. Πᾶνες ναίοντες ἐρημάδος ἀντρα λεαίνης ἑσπερίοι. ἑσπερίοι pro scriptura vulgata ἑσπερίης de coniectura dedit Graefius, quippe quod ad rem faceret. Ac Panes sane nocte suborta speluncas petiverunt: sed cum constet, leones imprimis sub noctem praedatum exire, haud scio an vulgata defendi possit. Nec tamen, si ea servetur, cum usu adiectivorum vespertinus, nocturnus, qualis est apud poetas latinos (vid. Forbiger ad Virg. Aen. IV. 103.) commode compares. XXXIII. 387. μὴ αἰπόλος ἑσπερίην παρθενηκὴν ἐρύσειε παρ' εἰνοδίους ὑμεναίους i. e. iam subortis noctis tenebris ne quis pastor virgini obviam latus vim ei inferret. III. 53. ἑσπερίην μετὰ δαῖτα i. e. δόπον. P. Ev. Ioh. N. 6. ἑσπερίου δὲ δείπνου γενομένου τραπέζης. XXXIII. 134. ἑσπερίην ἀνέκοψε μάχην i. e. vespere vel sub noctem diremit proelium. XXV. 571. ἑσπερίη μετὰ δόπον θρεῖάδι κάππεσον εὐνή.

Deinde ἑσπερίος est occidentalis sive occidentem versus situs. XXXVIII. 98. Κελτοῖς Ἐσπερίος: Galliam cisalpinam dicit, ubi Eridanus fluvius, qui XI. 35. ἑσπίριος ποταμός vocatur. XIII. 347. ἑσπερίων γένος Αἰθιοπῆων. (Conf. Hom. Odys. VIII. 29. II. XXIII. 205. Odys. I. 24.) XXVII. 156. ἑσπερίον κλίμα. XLVII. 507. παρ' ἑσπερίου κλίμα πόντου, mare Tuscum dicit. XLIII. 292. Ἰκαρίῳ (sc. πόντῳ) Μυρτώδος ἐπέτρεχεν, ἀρχιφανῆς δὲ Ἐσπερίῳ Σαρδῶος. XLVI. 364. Ἰλλυρίην ἐπὶ γαῖαν ἐς Ἐσπερίου χθόνα πόντου. XLI. 45. ἀμφὶ δύσειν, ὅπῃ λεγυρηχεῖ ταρσῶ ἑσπερίων Ζεφυρίοιο κασιπτεύοντος ἐναυλῶν: Beroe sive Berytus ab occasu, unde Zephyrus flat, mari alluitur. Est autem Ζέφυρος etiam Homero dictus κεκληγώς (Odys. XII. 408), λεγυρνεῖων (Odys. IV. 567. vid. Eustath. ad h. l.), δυσαῆς (Odys. V. 295). De κασιπτεύειν conf. Eurip. Phoeniss. v. 210 sq. Horat. IV. 4. 43. XXX. 112. σπεῦδε μολεῖν ζοφόεντος ἐς ἑσπερίον δόμιον Ἵππου. δίξο καὶ περὶ Λήμιον cet. (conf. Hom. II. XIV. 230): nec tamen Somnus in insula Lemno domicilium ac sedes posuerat, quocirca nihil impedivit, quominus Ovidius in Cimmeriorum terram eum relegaret. XXVIII. 189. ἑσπερίη φλόξ, σπέρμα πυρός Σικελοῖο: sunt ignes Aetnaei. XXX. 70. Σικελίην ἤσπασε Διῶ, δῶρὰ καλυπτομένης ὀπτήρια Περοσφρονεῖς (conf. Callim. h. in Dian. v. 74. Diod. Sic. I. V. p. 286. Plut. vit. Timol. ep. 8 extr.), ἑσπερίους δ' ἀνέκοψε τεοὺς φισήτορας ἄσκους cet. Conf. Hom. II. XVIII. 468 sq. Mire interpretes latini hunc locum explicavit: vespertinos vero amputavit tuos spiritu inflatos utres: at sententia mihi videtur esse: Ceres, cui insula Sicilia muneri data erat, hos tuos hesperios folles inhibebat. De officina Vulcani in Sicilia atque Lipara vid. Spanb. ad Call. h. in Dian. v. 47. Diod. I. V. p. 290.

σελόγισ. Hesych. s. h. v. explicat ἀΐζεται, φλέγεται ἀπὸ τοῦ σέλας. Veteres σελα-

γνῆν vel *σελαγιέσθαι* dixerunt. Apud Maneth. ἀποτελ. IV. 189. 473. substantivum *σελάγιμα* reperitur, verbum non reperitur: at Nonno in deliciis est. Significat *σελάγιεν* fulgere, coruscare, radiare, splendere, ac primum de sole dictum est VI. 234: de luna IV. 136. X. 192. I. 175. II. 190: de stellis M. Ev. Ioh. Z. 67. Ὀμίχλη (Nox) ποικιλόνητον ἐπισφίγξασα χιτῶνα, ἀστεροῦν σελάγιεν: coruscant nimirum sidera Noctis, XI. 440. οὐρανὸν ἐμὸς σελάγιεν ἕως φόρος: de fulmine seu fulgure XL. 79. ἀστεροπὴ σελάγιε. II. 445. σελάγιε δὲ ὕδατος ἀδερῆ φλόε. 196. ἀστεροπῆς αἰγλή σελ.: de facibus taedisque ardentibus atque omnino de igne XLVII. 732. XLVIII. 67. καὶ δαΐδες σελάγιον. XXXIV. 136. οὐ δαΐδες σελάγιον Ἐνυαλῆς φλόγα πεύκης. accusativus verbo neutri iunctus neminem offendet: dictum est, ut ἀεροφανές, ἀστεροῦν σελάγιεν. Eurip. Hel. v. 1131 Nauplius δόλιον ἀστέρα λάμπας πολλοὺς εἰλ' Ἀχαιῶν. φρυκτωρίας enim, ut tradit Schol. ad Orest. v. 422, ἦψε περὶ τὰς ἀκτὰς τῆς Εὐβοίας. XLV. 338. ἀμφὶ δὲ τοίχους (Penthei scil.) σελάγιε πολυσχιδὲς ἀλλόμενον πῦρ. Conf. M. Ev. Ioh. Σ. 24. VIII. 375. Deinde de aliarum rerum splendore XXX. 236. κυνέης σελάγιε ὑπὲρ λόφον ἀλλομένη φλόε. XXXVII. 18. νεοσμήτου δὲ σιδήρου Ἑλλίου σελάγιε βολαῖς ἀντίρροπος αἰγλή. II. 471. πέτρῃ, quam iaculatus est Typhon, ἡμιδαῆς σελάγιεν, οὔτευσεῖσα κεραυνῷ. VII. 195. νευρὴ μὲν σελάγιεν: de Amoris arcu loquitur, cuius arcus νευρὴ v. 131. αἰΐσῃ dicitur. II. 517. πλοκάμιους Τυφῶνος ἀμάξυνε κομητήης πυρσὸν ἰάλλων καὶ κεφαλαὶ σελάγιον (exarserunt). Ipsa autem μαρμαρυγὴ σελαγίζει XXII. 152. XXVII. 235. Denique XV. 230. nivea seu candida cervix σελαγίζειν dicitur: λευκοφαῆς σελάγιε μέσος γυμνούμενος ἀύχηρ.

ὄμπνια Μῆνη. Conf. V. 488. παρὰ χεῦμα Ὁκεανοῖο ἑσπερῆ σελάγιε δὲ ὕδατος ὄμπνια Μῆνη. Poeta, cuius carmina nomine Tibulli feruntur (III. 3. 30): Candor erat, qualem praefert Latonia Luna: et color in niveo corpore purpureus. Vocem ὄμπνια explicant plenam. At fortasse rectius almam dices. Virgil. Aen. X. 215. almaque curru Phoebe medium pulsabat Olympum. Suidas ex Sophoclis Theseo verba ὄμπιον νέφος affert eandemque vocem ait esse μέγα, πολύ, ηὔξημένον: ad quem locum vid. Bernhardt annot. Nonnus hoc vocabulum videtur sumpsisse ex Callimacho (vid. eius reliqq. ed. Ernest. p. 510: ὄμπιον ἔργον) aut ex Apollon. Rhod. IV. 989. Δηῶ Τετῆνας ἔδασ στάχυν ὄμπιον ἀμῆσασθαι. ubi vetus enarrator ὄμπιον explicat πολὺν καὶ δαφνίην, sed adstruit aliorum de eiusdem vocis significatione opiniones, quas transscribere supersedeo. Lycophron quoque Alexandr. v. 621. εὐχὰς ἀρούραϊς ἀμφ' ἐτητύμους βαλεῖ, Δηοῦς ἀνεῖναι μὴ ποτ' ὄμπιον στάχυν. Idem v. 1264. possessionem optimam κειμηλίων dixit ὄμπνια κτήσεν. Constat autem Cererem ὄμπνια, i. e. almam, vocatam esse. Vid. Iacobs ad Tullii Gemin. Epigr. VII. 4. Spanhem. ad Callim. hymn. in Cererem p. 741 et 838. et Bachmann. ad Lycophron. Alexandr. v. 721. Eratosthen. Cyren. Epigr. II. 16. καὶ ὄμπιον ἀλδήσκουσαι καρπὸν Ἐλευσανῆς Δημήτερος. Nonnus Cererem ὄμπνια dixit VI. 13. XI. 213. XXXI. 39. Inde XL. 350, ubi beatissimas Tyriorum sedes describit, Δηῶ, ὄμπνια μαστίζουσα μεταρσία νῶτα δρακόντων. Constat, Cererem curru vehi solitam draconibus iuncto: sed insolenter dictum ὄμπνια νῶτα. Erant dracones quidem Cereris: ad terga eorum transtulit, quod ipsorum esset epitheton. Conf. XIII. 190. de curru Cereris, quo vehitur Triptolemus: στικτὰ φρεσταχῶν ἐπεμάστι νῶτα δρακόντων. Videsis

Voss. epist. mythol. LIII. 144 sq. XLII. 278. ὄρχατον ἀμπελόεντα καὶ ὄμπια λήϊα γαίης. XLVII. 50. ἄλλω γειοπόνῳ στάχυν ὄμπιον ὕπασσ' Διός. M. Ev. Ioh. Δ. 175. ἀνήρ ἄλλος ἀροτροῦει σπόρον ὄμπιον αὐλακι νύφων (vulg. scr. νεύφων). XXVI. 190. ἐς πεδῖον γὰρ ἀροτρανῆς Φαέδων, ὅτε λούεται Ὀκνεαοῖο, ὄμπιον ἠΐης ἀποσειεται ἰκμάδα χαίτης, γαίνων ζωτόκοιο φυτηκόμιον αὐλακα γαίης, alnum dicit liquorem i. e. den befruchtenden, nisi malis copiam liquoris intelligi. Item XL. 391. καὶ σταχῶν ὠδῖνας ἀναδαίνεις (Sol scil.) σέο δίσκῳ, γαίνων ζωτόκοιο δι' αὐλακος ὄμπιον ἀκτῖν. de voce ἀκτῆ conf. Hesiod. Scut. Hercul. v. 290. et annotat. Goettling.

v. 125. ἡμιφανῆς. Haec vox apud Strabonem et Gregorium Theologum sive Nazianzenum reperitur. Apud Nonnum frequens est. XXIII. 31. ἀπ' ἰξύος ἄχοι καρήμου ἡμιφανῆς. XV. 4. ἡμιφανῆς ἔστηκε, in flumine. XXXVIII. 387. ἀστήρ ἡμιφανῆς ἀνετέλλει. (Conf. I. 76. IV. 439. V. 311. XV. 249. XXII. 15. XXIII. 23. XXXVIII. 305. XXXIX. 258. XLIII. 260. XLIV. 12.) Eod. libr. 347. ἡμιφανῆς δ' ἀτέλεστος ἔσω ποταμῆδος ὄχθης ἰκμαλέας ῥαδάμωγας ἀποσμηξασα κομῶν Ἄρτεμις ἀροτροῦη. Quo loco Graefius δὲ ipse adiecit. recte istud quidem: sed quod idem ἀποσμηξασα pro participio reposuit, in ea re usui Nonniano parum consuluit. Vide Lehrs. quaestt. epic. p. 302., qui vir non minus doctrina, quam humanitate excellens Graefio consentit, post hunc versum nonnulla excidisse. Mire dictum est ἀτέλεστος, sed vide XLI. 62. XXXVI. 94. XLVIII. 42. Itaque ἀτέλεστος is dicitur, cuius forma non integra est. XXIII. 107. ἡμιφανῆς πλωτῆρι λόφῳ πορδαμῆστο πῆληξ, δυομένη κατὰ βαιόν. XIV. 371. ubi Baccha quaedam cameli collum dissecat: καὶ τις ἐφερπύζουσα ταιυκινήμιδι καμηλῷ καμπύλον διέδρωσεν αὐχένα θυρώσῳ καὶ τυφλοῖσι πόδεσσι περιπαίτουσα κελεύσῳ ἡμιφανῆς πεφόρητο cet. Vulgata scriptura est ἐφορπάξασα: Graefius de coniectura reposuit ἐφερπύζουσα: coniecit etiam ἐφορηήσασα. Cunaeus autem (animadv. p. 120.) ἐπαίξασα. Quod Graefius scripsit, ἐφερπύζειν, id reperitur I. 16., ἐφερπύσει δράκων, et V. 149. ἐφερπύζουσα ὄφις, utroque loco nude positum: deinde XIX. 334. ἰχθυῖες (sc. ἐγγελεύς) ῥεέδρους ἐφερπύζουσαν et XIII. 207. οἱ πρὶν ἔσαν μυόμηκες ἐφερπύζοντες ἀρούρης. Itaque ἐφερπύζειν Nonnus utique de animalibus reptantibus posuit. Quocirca Graefius coniectura mihi suspicionem movit. Minus etiam mihi probatur altera eiusdem opinatio. Quod Cunaeus coniecit, firmatur certe XXXII. 149. XXXVI. 21. XXXVII. 536. 761. XL. 43. Poeta rem portentosam narrat. Esto: sed illud non intelligo, quid hoc loco velit ἡμιφανῆς. Latino interpreti in promptu est semiapparens. Equidem puto ἡμιφανῆς esse legendum. — Quod reliquum est, ut de voce ἡμιφανῆς transigam, legitur accusat. singul. ἡμιφανῆ XII. 373. XIV. 65., neutrum autem pluralis numeri II. 120. ἡμιφανῆ δ' οὖρα ναιετάω.

ἀπέδιλος. Vox non homerica quidem, sed optimae notae. Est discalceatus seu nudis pedibus. Quae res saepe indicat, aliquem festinantius domo exisse, quam ut soleas vel calceos pedibus adaptandos curaret. Conf. Schuetz ad Aeschyl. Prometh. v. 135. Wuestemann ad Theocrit. Id. XXIV. 36. Callimachus ἀπέδιλωτον dixit hymn. in Cerer. v. 125., quod spectat ad religiones veterum. vide Ezech. Spanhem. annot. Iam ex Nonno locus, ubi haec vox reperitur, afferam: sunt hi fere: V. 407. Αὐτόνῃ λυσαίτων ἀπέδιλος ἐπάτησε τρηχαλέης δυεμίβατα νῶτα κολώνης. (Conf. Bion. ἐπιταφ. Ἄδων. v. 21. et Herm. ad h. l.) IX. 248. Ἴνῳ τρηχαλέας ἀπέδιλος ἐποκαίρουσα κολῶ-

νακ. XIV. 385. οὐ πόδα κούρης δέυπαγης ἀπέδilon ὄντι ἐχάραξε κολώνης. VIII. 18. ἀπέδilos ἀναδρώσκουσα μελάθρων. XXIII. 279. Χαάσπη Νηίδα Νύμφην, παρθευκίην ἀπέδilon, ἐδέξατο. XLIII. 261. ἀπέδilos χορός ἄλμης: Nereides dicit. XLII. 269. εἶπε καὶ αὐτήν αὐχμηρήν ἀπέδilon ἀλωομένην Ἀφροδίτην, νυμφίον ἰχνεύουσαν ὀρίδρομον. XLVI. 147. ὅτε χῶρον ἴκανεν . . . , ἦχι καὶ αὐτὴ Βασσαρίδων ἀπέδilos εἶν κεμαθοσσός ἀγρη. quod Baccharum est epitheton, ad ἀγρην transfertur.

ἴστατο. de hoc verbo dicam ad vers. 345.

v. 126. ῥοδέησι παρειᾶς. item XLIII. 58. ῥοδέησι παρηΐσιν. vulgatam ῥοδέουσι correxit iam Wernick. ad Tryph. v. 53. XLVII. 188. ῥοδέας ἤμυξε παρειᾶς. XXXIII. 190. ῥοδέης περὶ κύκλα παρειᾶς. III. 412. ῥοδέω προσώπῳ. conf. XXXIII. 55. XXX. 215. VI. 4. — XI. 389. ῥοδέω χροῖ. XXIX. 137. ῥοδέου χορός ἦψατο. VII. 222. καὶ ῥοδέοις μελέεσσιν ἐφρονίχθη μέλαν ὕδωρ. XLII. 227. ῥοδέης περὶ μορφῆς. X. 188. καὶ στόματος ῥοδέοιο μελίπνοος ἐρῶσε φωνῆ. (conf. Horat. III. 3. 12. purpureo bibit ore nectar. vid. ad h. l. interprett. Bion. ἐπιτ. Ἄδων. 12. καὶ τὸ ῥόδον φεύγει τῷ χεῖλος.) XLII. 235. XLVIII. 132. ῥοδέη καλάμη. conf. Rhian epigr. V. 3. ῥοδέησιν . . . χέρεσσιν (vide tamen Jacobs ad h. l.) IX. 296. ῥοδέοις μαζοῖς. XII. 389. ῥοδέων μηρῶν. XLVIII. 168. ῥοδέην κούρην. Conf. XLII. 220. ῥοδοειδέα κούρην (adde XVI. 91. V. 209. XIII. 314. XIV. 225. XXXIV. 106. Cometas Schol. Epigr. III. 4. ῥοδέης Παφίης.) His igitur locis ῥοδέος de corpore humano eiusque partibus. Vox non est homerica quidem — Homerus enim ῥοδέοις dixit —, sed Euripidis aliorumque scriptorum auctoritate probatur. Est roseus vel etiam purpureus: tum vero omnino ad significandam venustatem et formositatem traducitur. Praeterea Nonnus XI. 23. ἀκτίνας Ἑλίου vocat ῥοδέας. M. Ev. Ioh. Θ. 19. καὶ ῥοδέης ἀκτίσιν ὅτε ζόφον ἐσχίσειν ἠώς. (conf. XXXV. 249. XXXVII. 77.) Denique XLI. 122. ἠτόνεος ῥοδέουσι ἐφρονίσσοντο κορύμβοις. conf. Columell. de cultu hort. l. X. v. 237: haec (cinara) modo purpureo surgit glomerata corymbo. — Recte autem hederacei corymbi vocantur purpurei. Conf. Plin. Nat. Hist. XVI. cp. 62 (34), quem locum attulit Schoen. (comment. de pers. in Eurip. Bacch. hab. scen.) Sed quem idem vir doctus ex Silio Italico protulit (est l. VII. 195: inde nitentem lumine purpureo frontem cinxere corymbi.), is locus nihil facit ad colorem corymborum declarandum. Vid. Ernest. ad h. l. Ceterum notissimum est, purpureum saepe eximium quendam nitorem dici. conf. Mitscherl. ad Horat. C. IV. 1. 10.

παρειᾶς. de hac voce alias accuratius, nunc strictim ac breviter. Nonnus utraque forma huius vocabuli παρειῆ et παρηΐον usus est: quod idem fecit Homerus. At is omnibus locis pluralem alterius formae παρειῆ numerum posuit: Nonnus non item. contra, qui apud Homerum reperiuntur genitivi παρειῶν et παρειῶν, apud Nonnum nulli sunt. Vide Wernick. ad Tryph. v. 34. Contractionem syllabarum αων omnino a Nonno non admissam esse, docuit Lehrs. quaestt. epic. p. 257. At formae παρηΐον, cuius et singularis et pluralis numerus apud Homerum invenitur, apud Nonnum, nisi me locus fugerit, pluralis tantummodo legitur. (conf. XX. 16. XLVII. 109. 733.). Tertiae denique formae παρηῆς, non tragicis modo, sed Apollonio Rhodio, Quinto Smyrnaeo, aliisque poetis posterioribus usurpatae, Nonnus et singulari et plurali numero usus est.

ὀϊστεύειν. Apud Homerum nude plerumque positum est, uno tamen loco iunctum cum genitivo personae II. IV. 100. ὀϊστεύσον Μενελάου: semel additus est dati-

vus τόξῳ Odys. XII. 84. Nonnus et nude hoc verbum posuit et *δίοστεύειν* τι dixit, i. e. aliquid emittere seu iaculare, atque *δίοστεύειν* τινά τινα, aliquem aliqua re petere. Reperitur etiam *δίοστεύεται* τί τινα, i. e. aliquid in aliquem conicitur. Nec activum modo, sed passivum etiam apud Nonnum frequens est. — XXI. 328. εἴ τις δίοστεύοιαι. XXIX. 53. ἡμέας δίοστεύουσι. XXII. 54. μὴ δῖρας δίοστεύοιαι. XLVIII. 707. πόλον δίοστεύω. M. Ev. Ioh. A. 28. πολῖται καίνουσι βελέμνους (saxis) δίοστεύειν τινά μάστευον. conf. K. 110. XXIII. 54. XVI. 380 πολλὰ δ' ἀδρήσασα δὲ οὐρέος ἔχμα Βάχχου ἠερίας τόξενεν δίοστεύουσα θυέλλας. Nicaea Baccho infensa eiusque interimendi cupida per inanes auras sagittas emisit. — XXXIX. 219. Cyclopes ἀκάδας (hostiles scil.) δίοστεύοντες ἐρίπταις (rupibus vel saxis ingentibus). XXIX. 36. ἵνα μή τις ἐκηβόλος ἰὸν ἰάλλων κοῦρον δίοστεύοιεν. XLIII. 75. θυράσῃ τινά. XXVII. 67. ἵνα εὐκεράων ἀπὸ τόξων μηρὸν δίοστεύω Διονύσου. Adde I. 261. II. 268. XV. 13. XXIV. 159. XXV. 358. XLIII. 68. XLVIII. 265. 784. — Passivum legitur XXV. 91. θυράσαι δίοστεύοντο. XVII. 142. πολυοχιδαῖες χαράδραι Ἰνδύοις ἐλακιδόν δίοστεύοντο καρήνοισι. Nec enim de sagittis modo, sed de omni genere rerum, quae telorum instar emitti possunt, Nonnus *δίοστεύειν* usurpavit, veluti de fulminibus XLI. 80: κεραυνοὶ δίοστεύοντο: inde II. 472. δίοστευδεῖσα κεραυνῶ; de fulgore: XLI. 257. Σελήνη δίοστεύουσα ἀκτῖνας. conf. XLVIII. 322.; de scintillis, quae ex ferro lapidis attritu eliciuntur: XXIX. 212. αὐτόματα σπινθηρὰς δίοστεύοντο σιδήρου: de saliva serpentium: XXV. 511. δράκων δίοστεύων ἀφρὸν ὀδόντων (eiaculans). Denique de sagittis illis Cupidineis: XLVIII. 354. φιδέους σπινθηράς δίοστεύουσι παρειαί. conf. XVIII. 353. μαρμαρυγὴν φιδέουσαν παρ. δίοστ. XI. 376. ἀπὸ βλεφάρων κάλλος δίοστεύων. Inde fluxerunt illa, quae ad imitationem Apollonii Rhodii (III. 28. 143.) composita sunt, XXXIV. 78. κοῦρη δίοστεύει τινά μορφή, σέλας πέμπουσα προσώπου. XXXV. 39. τὸν βλεφάροισιν δίοστεύεις ὀλετήρα.

v. 127. προχοαῖς. Vox est homerica, sed Homerus et plurali numero tantummodo usus est et constanter genitivum vocabuli ποταμός addidit. In utraque re ab eius auctoritate discesserunt recentiores. Quod autem Homerus nusquam προχοήν vel προχόην (vide Jacobs ad Ionis Chii Ep. II. 2. et de accentu Brunck. ad Apoll. Rhod. I. 456) a qualem dixit, sed πρόχοον, in hac re Nonnus eum secutus est. Nec tamen vocabulum πρόχοος, Homero haud infrequens, apud Nonnum nisi uno loco, I. VI. 40, reperitur.

Est autem προχοή aqua profluens sive se profundens; inde omnino, ut poetae loqui soliti sunt, fluentum vel potius fluenta. Ac plerumque προχοαί aquae sunt fluviales aut addito genitivo vocis ποταμός, velut VII. 179. XI. 332. XIX. 297. XXII. 357. XXXVIII. 66. aut omisso, ut II. 145. VI. 351 (conf. Hom. Odys. XI. 242: de re autem Moser. annot. ad h. l.). XI. 408. 449. XIV. 412. 415. XXIII. 4. 177. 184. 249. XXXIX. 48. XL. 137. XLIV. 9. XLVIII. 336. 932. 937. quibus locis singularis et pluralis numerus promiscue positus est. XLIII. 32. de fonte vel rivo; XII. II. XXXV. 121. (conf. Hom. Odys. XX. 65.) de Oceani fluentis.

Haec haecenus. Ceterum ne quis miretur, huius quoque anni programma a me scriptum esse: non occupavi alienam provinciam, sed rem derelictam suscepi idque ineunte demum Februario.